

1191-93 VEN. HILDEBERTI

CARMEN

IN LIBROS REGUM

(E codice ms. quingentorum ad minus annorum, monasterii S. Mariani Antissiod., ordinis Præmonstratensis).

IN LIBRUM PRIMUM

Helcana de Ramatha Phenennæ sponsus et Annæ
 Venerat in Silo sacra Deo facere ⁷³.
 Fert epuli partes Phenenna, sui quoque nati,
 Una cibi pars est, Anna, tibi sterili.
 Anna sacerdoti reputatur Heli temulenta,
 Cum tacet in templo, flensque movet labia.
 Flebilis Anna suos quia vultus non variavit,
 Ut breve post tempus conciperet meruit.
 Anna petit nati, Samuelem dat Deus illi,
 Qui puer in Silo discipulus fit Heli.
 Quos generavit Heli, Phinees dicuntur et Ophni,
 Cum quibus ipse perit dum minus hos reprimit.
 Hi comedunt adipem, quem jussit lex adoleri,
 Et coeunt scortis ante domum Domini.
 A Domino Samuel dum dormit ter vocitatus,
 Promptus Heli ter adest, hunc vocitare ratus:
 Non voco, dixit Heli. Post hoc aliquo vocitante
 Ne venias, sed dic: Audio, dic, Domine.
 Adveniens Dominus Samuelem quarto vocatum
 Edocet hoc quod Heli prævidet ipse malum.
 Insiliunt hostes, gerit obvius Israel arcam,
 Et fore victorem se reputat per eam.
 Israel it fugiens, Phineesque necantur et Ophni,
 Vique Philisthæa tollitur arca Dei.
 Dicitur in Silo quod ab hostibus arca feratur,
 Et retro de sella lapsus Heli moritur.
 Hostis in Azoto juxta Dagon locat arcam;
 Mane jacet Dagon, sicut adoret eam:
 Erigitur Dagon; jacet hic diluculo truncus,
 Cæsa super limen sunt caput atque manus.
 Civibus Azoti putrescunt omnibus ani.
 Et subiti mures diripiunt segetes.
 Acearon in Gazam, Geth mittit in Ascalon arcam.
 Et simul extalis putridus exit eis.
 Aurea dona Deo mures mittuntur et ani,
 Atque super plaustrum ponitur arca Dei.
 Utraque vacca rudis mugit vitulo remanente,
 Junctaque fert arcam Bethsamis absque duce.
 A Samuele Joel, nec non fuit ortus Abia,
 Quos populus quæritur vendere judicia.
 Ut det eis regem poscunt populi Samuelem,
 Quod Dominus reprobat, cum fieri jubeat.
 Cis patris amissas Saul in Suph quærit asellas,

A Cui Samuel regnum donat, et ungit eum.
 Quosque Jabes Galaad, nisi dextris privet ocellis,
 Nulla Naas dare vult fœdera pacis eis.
 Hoc Saul audito, veniens cum bobus ab agro
 Compatiundo Jabes, mactat utrosque boves.
 Frustra boum mittens Saul agmina quando vocavit:
 Sic faciam bobus non venientis, ait.
 Israel et Judæ Saul in Bezeq agmina ducit,
 Atque Naas cæso rex populo placuit.
 Sol micat, et Samuel prece dat tonitrum pluviasque,
 Plebsque probat regem se petiisse male.
 Innumeras ducens super Israel arva catervas,
 Castra Philisthæus collocat in Machmas.
 Rex Saul et Jonathas habet enses filius ejus,
 Sed populo non est lancea vel gladius.
 B In spatio quod arat bos binus luce sub una,
 Allophylos sternit quinque quater Jonatha.
 Quos Jonathas sternit, quoniam necat armiger
 [unus,
 A Domino factum prædicat hoc populus.
 Dum fugat Allophylos, ne quisquam prandia su-
 [mat
 Rex Saul in populum dans maledicta, vetat.
 Esuriens Jonathas sumptum mel ab arbore mandit;
 Ne Saul hunc perimat plebs rogitando facit.
 Obsequium Samuel Saul injungit properandum,
 Ut perimens Amalech deleat omne suum.
 Ex Amalech pereunt quæ vilia visa fuerunt,
 Pingue pecus restat, rex quoque pinguis Agag.
 1192 Obsequium Deitas omni præfert holocausto.
 Hæc Samuel perhibens, cedit Agag gladio.
 C Dum Samuel Jesse petit ædem Bethleemita,
 Ut simulet sacrum, ducit eo vitulum.
 Filius est Jesse pastor qui nomine David,
 Israel unctus rex a Samuele fuit.
 More sacerdotis Saul offert rex holocaustum,
 Cumque placere [f. placare] cupit, provocat inde
 [Deum.
 Frunda jecit lapidem, ruit icta fronte Goliath
 Tuque suo gladio, David, eum jugulas.
 Mille Saul dantur, sed David millia dena.
 Displicet inde Saul cantio feminea.
 Causa potens canor est, quia dum David oitharizat,
 Spiritus abecedit qui Saul exagitat.

⁷³ Reg. i.

Rex Saul astantem vult hasta figere David,
 Qui cedit incassum dum procul iste salit.
 Cum Saul a David centum præputia poscat,
 Hic perimens hostes, pro Michol hæc duplicat.
 Ad Saul ut David producant mane necandum,
 Invigilant equites intus et ante domum.
 Pelle tegens statum Michol inquit David adessee,
 Quaqua fenestra fuit, fecit eum fugere.
 Achimelech David panes gladiumque paravit,
 Quod referente Doeg, rex necat Achimelech.
 Quando ruens David spumans quatit ostia portæ,
 Non necat Achis eum, nam putat hunc furere.
 Dum Saul in fovea relevat ventris gravitatem,
 David ibi latitans curtat ei clamydem.
 Quando Nabal David pueris alimenta negarat,
 Nescit Abigail quæ Nabal uxor erat.
 David ut iratus venit ad Nabal interimendum,
 Abigail gestans munera, placat eum.
 Cum Nabal audisset quod conjux dona dedisset,
 Ipse dolore petit, quod sua perdiderit.
 Mortuus est Samuel, populorum fonte caterva,
 Cumque suis patribus conditur in Ramatha.
 Quando Saul dormit, pateram fert David et hastam:
 Cedere posset eum, sed dat ei veniam.
 Achis erat rex Geth, qui David eo fugienti
 Attribuit Siceleg, quo requiescat ibi.
 In Saul ad bellum vult Achis ducere David,
 Sed proccres nolunt, huncque redire facit.
 Adveniunt hostes, et terras Israel intrant,
 Rex Saul et populi quique sui trepidant.
 Rex Saul unius Pythonissæ petit ædem,
 Et rogat hanc ut ei suscitet exanimem.
 Exanimem, mulier, Samuelem surgere cogis:
 Et Samuel: Mecum cras, Saul, inquit, eris.
 Gelboe non debet pluvia, nec rore rigari,
 Nam Saul et Jonathas interimuntur ibi.
 Ex Amalech cunei captam Siceleg simul urunt,
 Cum geminis David conjugibus redeunt.
 Ut properans David cuneos Amalech superavit,
 Conjuge cum gemina lætus adit propria.
 Proh dolor! in Bethsan suspensa Saul Jonathæque
 Corpora murus habet, truncaque sunt capite.
 Turma Jabes tendit nocturno tempore Bethsam,
 Atque petens murum, fert Saul et Jonatham.

—
 IN LIBRUM SECUNDUM.

Fert Amalechites quontam Saul ipse peremit,
 Protinus in Siceleg David eum perimit.
 Ungitur a Juda rex David versus in Ebron,
 Ejus et imperio dux Joab est equitum.
 Israel in regem natum Saul Isboseth ungit:
 Atque suos cuneos inclytus Abner agit.
 In Gabaon veniunt Joab, Abner et agmina bina,
 Et prope piscinam parte sedent varia.
 Bis pueri bis sex dum jussi ludere ludunt,
 Per latus alterno vulnere se perimunt.
 1204 Agmina configunt, sit utrimque gravissima
 [omnes;

A Abner abijt fugiens, atque sui comites.
 Est Assael velox cursu, compar cuprearum;
 Ille sequens Abner currit et urget eum.
 Abner ait: Fueros, Assael, spolia fugientes
 Cedere te nolo, frater enim Joab es.
 Impatiens Assael premit Abner, at iste sequentem
 Inguine percusso projicit exanimem.
 Respha Saul pellex coit Abner; at Isboseth illum
 Arguit: inde minax deserit Abner eum.
 Primo Saul David Michol uxorem sociarat,
 Post adimens illi Phaltiel hanc dederat.
 Phaltiel ablatam ducens Michol, Abner in Ebron
 Reddit eam David pacis ad indicium.
 David et Abner edunt; Abner cum pace recedit,
 Moxque dolo revocans hunc Joab interimit.
 B Isboseth obdormit, sua sunt nec ostia firma,
 Clamque necant gladiis hunc Recab et Banaa.
 A Recab et Banaa sumens caput Isboseth, ambos
 Interimit David, præmia ferre ratos.
 A tribubus cunctis David rex Israel unctus,
 Conterit allophylos belliger egregius.
 Jerusalem capiens, Jebusæos inde fugavit,
 Atque caput regni David eam statuit.
 Per vallem Raphaim venit hostis, et omnia vastat;
 Inque Baalphasim David eum superat.
 A Domino doctus David non obviat hosti,
 Gytrat, et a tergo perniciem dat ei.
 A Cariathiarim quæ dudum venerat arca,
 Est apud Aminadab qui manet in Gabaa.
 David agi plaustrum ponique super jubet arcam,
 Atque boves jungens, ducere cœpit eam.
 C Quando regunt plaustrum quos Aminadab gene-
 [ravit,
 Oza sequens arcam, prævius Abio regit.
 Arca Dei fertur; rex ludit et Israel omnis;
 Tympana, sistra sonant, listraque cum cytharis.
 Arca Dei labi bove calcitrante videtur,
 Oza manu tynet hanc, moxque cadens moritur.
 Ulterius David timet arcam ducere secum,
 Atque Gethæus eam detinet Obededom.
 Divitias augens Deus Obededom benedixit,
 Cujus in æde tribus mensibus arca fuit.
 David ad Obededom citharizans atria venit,
 Unde ferens arcam Jerusalem rediit.
 Quando Michol David videt ante Deum salientem,
 Despiciit hunc; ideo non peperit soholem.
 D David Ebron degens Ammon primo generavit,
 Edita Jærael hunc Achinoem peperit.
 Filius est David puer Absalon, et speciosus
 Israel et Judæ pulchrior est pueris.
 Pulchra nimis Thamar soror Absalon est uterina
 Ex genita regis Tholomai Maaca.
 Ut faceret templum David Nathan insinuarat;
 Mane Nathan rediens ædificare vetat.
 Ex Lodabar Machir est, et qui manet ejus in æde
 Miphiboseth claudus filius est Jonathæ.
 A Lodabar ductus, nec non bona patris adeptus,
 Cum pueris David Miphiboseth comedit.
 Pace Nass David connexus rex fuit Ammon;

Hic obit et regnat filius ejus Hanon.
 David Hanon servos ut dent solamina misit,
 Seque quod explorent rex furibundus ait :
 Ueque nates ab Hanon mox vestis quæque recissa,
 Raseque legatis barba fuit media.
 Regis Hanon fuit urbs celeberrima, nomine Rabba ;
 Ut populetur eam dux Joab accelerat.
 Ut tueantur Hanon veniunt cum gente quaterna
 Rex Rohob, Istob rex, rex Soba, rex Maacha.
 Ante fores Rabba pugnant Joab Abisaique,
 Et fugiunt victis regibus indigenæ.
 Dum manet Urias prope Rabbad in obsidione,
 1195 Jerusalem conjux est sua Bersabee.
 Bersabeen secum David dormire coegit,
 Protinus illa donum, sed gravidata redit.
 A Joab Urias fert regi nuntia belli :
 Ire domum jussu rex epulas dat ei.
 Non nisi cum servis Urias vult recubare,
 Nec domus allicit hunc pulchrave Bersabee.
 Post reditum quare cum conjugè non requievit
 Rex rogat Uriam ; virque severus ait :
 Absit ut Uriam demulceat ulla voluptas,
 Dum Joab armorum prægravat asperitas.
 Rex ait Uriæ : Sero cœnabis apud me ;
 Quas Joab ostendas cras dabo litterulas.
 Ut digitus David signa quæ verba notavit,
 Fert manus Uriæ signa necis propriæ.
 Cæditur Urias densos ubi pugnat in hostes,
 Dante Joab signum dum fugiunt comites.
 Dum David ex Rabbath non vult sibi sumere pal-
 mam,

David adire facit, qui cito cœpit eam.
 David Hanon perimens, fert illius diadema,
 Jerusalemque redit, multa gerens spolia.
 Ut cibet infirmum Thamar soror intrat ad Ammon ;
 Cumque cibare parat, cogitur ut coeat.
 In Basor pransum deduxerat Absalon Ammon,
 Quem fecit interimi dum putat hic refici.
 Absalon in Gessur tribus annis est fugitivus,
 Rex ibi Tholomai ; tunc viget ejus avus.
 Insinuante Joab ducens puerum Thecuitis
 Aggreditur David talibus eloquiis :
 Filius alter arat quem filius iste peremit.
 Hunc lapidare volunt, sic mihi nullus erit.
 Filius hic vivet rex David ait Thecuiti,
 Nec patiar tibi bis mœstitiam fieri.
 Mortuus est Ammon, dixit regi Thecuitis,
 Absalon ut perdas, hunc reparare nequis.
 Admonitus cauto Thecuitis fame David
 Absalon a Gessur mox remeare facit.
 Jerusalem mœstus geminis manet Absalon annis,
 Cum faciem nunquam possit adire patris.
 Absalon ire facit legatos, et Joab orat,
 Ut veniens illi colloquium faciat.
 Absalon iratus segetes Joab igne cremavit ;
 Ire prius renuens tunc Joab hunc adiit.
 Efficiente Joab rex Absalon oscula præbet,
 Et sibi præsentem cum velit esse jubet.
 Absalon est in Ebron stipatus milite multo,
 Hic et ab Achitopel rex fit et a populo.

A Jerusalem David pede nudo stansque reliquit,
 Sed remanet Cusai David amicus ibi.
 Achitopel bis sex hominum millibus ire,
 Et profugum David vult cito percutere.
 Accelerant eervi post Achimeam Jonathamque,
 Atque volunt illos in Bahurim capere.
 Dat mulier pisanas super os putei quasi siccat,
 In puteo Jonathas Achimeæque latet.
 A puteo Bahurim Janathas salit, Achimeasque ;
 Atque monent David longius aufugere.
 Quod Cusai monuit quia credulus Absalon egit,
 Achitopel merito se perimit laqueo.
 Per Bahurim collem regi David fugienti
 Exprobrat, et lapides mittit in hunc Semei.
 Principibus trinis committens agmina David,
 B Absalon ut servent in Galaad monuit.
 Absalon impugnant Ethai, Joab Abisaique,
 Et populi cædes magna fit in nemore.
 Absalon it mulo, ramo caput illius hæret,
 Ejus abit mulus, pendulus ipse manet.
 A Joab Absalon est triplex data lancea cordi ;
 Palpitat, huncque necant quinque bis armigeri.
 Israel in David duce Siba bella paravit,
 Sed reparans regnum Juda reduxit eum.
 1196 Præcipiens Amasæ quo multum repperet
 [agmen,
 Vult Amasam David pro Joab esse ducem.
 Dum simulas Amasæ Joab oscula, dextera mentum
 Sustinet et læva dæ lateri gladium.
 Ut caperet Sibam Joab oppugnabat Abelam,
 C Quem mulier flexit quæ bene consuluit.
 Docta caput Sibæ mulier projecit Abelæ,
 Quod Joab a muro suscipit, itque retro.
 Inde famas durat tribus annis tempore David
 Quod populus Gabaa per Saul occubuit.
 A Gabaonitis de Stirpe Saul cruce fixi
 Sunt juvenes septem, sic abit ira Dei.
 In cruce dum pendent Armoni Miphibosethque
 Respha parens servat corpora nocte, die.
 Respha die volucres, noctuque feras abigebat,
 Rex jubet, et natos Respha suos tumulat.
 Jesbibenob pugnant vult lassum cædere David,
 Protinus Abisai Jesbibenob perimit.
 Castra Philisthæus Bethleem posuit prope portam,
 Unde dari sitiens vult sibi David aquam.
 D Per medios hostes est Bethleem porta petita,
 Fortibus a trinis, haustaque fertur aqua.
 Absit ut ipse sitim relevem de sanguine vestro,
 Rex ait, et fundens libat aquam Domino.
 Israel et Judæ David populus numeravit,
 Gadque propheta Dei convenienter ait :
 Trina dies pestis, vel erunt septem famis anni,
 Vel fuga tres menses toleranda tibi.
 Malo, refert David, Domini me dextera tangat,
 Quam manus hostilis me profugum faciat.
 Trina dies agitur, cum morti septuaginta
 Millia de populo dat manus angelica.
 Proxima Jerusalem fuit arca quam prope David
 Angelus apparet qui populum perimit.

Area cum bobus, plastrum, juga sunt Arcunæ,
 Gratis et hæc regi vult Arcuna dare.
 Tradita cum bobus pretio fuit area regi,
 Quos ibi rex adolet, sitque salus populi.

—
 IN LIBRUM TERTIUM.

Frigidus est David, quod fecit pigra senecta,
 Nec calidus fieri veste potest aliqua.
 Virginibus pulchris præstans Abisag Sunamitis
 Cum sene rege jacet, quem cibatur atque fovet.
 Plebs, Joab, Abiathar regem faciunt Adoniam;
 David, ut agnovit, ne fleret vetuit.
 Et jubet in regem sibi substitui Salomonem.
 Ducitur ille Gihon, rex ibi fit Salomon.
 Dum tenet altaris cornu trepidans Adonias.
 Mandat ei Salomon: Fac bene, ne timeas.
 Ductus ad extremum David jubet hoc Salomoni,
 Ut gladio tandem dat Joab et Semei.
 Mortuus est David; flet Juda, flet Israel illum;
 Hunc et in urbe sua rex sepelit Salomon.
 Quatenus uxorem ducas Abisag Sunamitem
 A Salomone petis, mox Adonia peris.
 Jussus ab altari postquam Joab ire recusat,
 Hunc ibi Banaias rege jubente necat.
 Rex prohibet Semei de Jerusalem proficisci;
 In Gath abit Semel, rex jubet hunc periri.
 In Gaboon Deus in somnis visus Salomoni:
 Tu pete, quodque petes, hoc dabo, dixit ei.
 Ut Salomon petiit sibi quo sapientia detur;
 Hæc et opes, nec non gloria summa datur.
 Dum, mulier, dormis, tibi subripit altera vivum,
 Clamque suum tibi fert exanimem puerum.
 Bina petit puerum mulier, Salomonque necari
 Hunc jubet, et medium censet utrique dari.
 Una monet fieri, vetat altera. Rex, ea, dixit,
 1197 Est pueri mater, quæ periri vetuit.
 Facta fuit talis Domini domus a Salomone,
 Ut fieri nullum possit opus simile.
 Materia lapidum Domini domus ædificatur,
 Et sonitus ferri nullus ibi capitur.
 Lata quater quinque et ter denis fuit alta,
 Sex decies cubitis longa domus fabrica,
 Ligna tegunt ablegna solum, murum legit intus
 Cedrus, et ex cedro fit laquearis opus
 Ligna videt nemo, sed purum cernitur aurum,
 Quo tegitur laquear, murus et omne solum.
 Est cubitis denis geminus cherub altus, et alas
 Per cubitos denos pandit uterque duas.
 Factus olivarum lignis geminus cherub intus,
 Omnibus est membris aureus exterius.
 Ala cherub gemini sic murum tangit, ut alas
 In medio templi sint sibi contigæ.
 Tanta datur Domino, Salomon dum dedicat aram,
 Hostia per populum, ne numerare queam.
 Millia bina boum, vicensque per Salomonem;
 Ast ovium centum sunt data bisque decem.
 Non minus est aries tibi quam centenus ad esum
 Cum bove ter deno quoque die, Salomon.

A Nullus aves, pisces, cervos, capreas numerabit,
 Sive feras alias, quas Salomon comedit.
 Millia quadrupedum duodena quibusque diebus
 Rex Salomon pascit congrua militibus.
 Millia dena quater sunt quadrupedum Salomonis,
 Quæ cibatur assidue, curribus apta suis.
 Arma quibus Salomon tribuit vestesque, cibosque
 Sunt equitum bis sex millia quoque die.
 Cuncta domat mulier, quia te (sapientia) vincit.
 Quando deos Salomon victus amore colit.
 Sidoniam Astarten, Chamos Moab, et Moloch
 [Ammon
 Quos sua nupta deos ipse colit Salomon.
 Ut chlamydis bis sex scissuras fecit Achias,
 Jussit ut inde decem, Jeroboam, capias.
 B Rex Salomon moritur, sepelit natus suos illum,
 Qui Roboam dicitur fert diadema suum.
 Israel it cum Jeroboam; Roboam quoque poscit
 Ut levat ipse jugum, quod Salomon posuit.
 A Roboam quæsitæ senum sententia suadet
 Ut placeat populis, et juga dura levat.
 Insinuant juvenes non esse jugum relevandum,
 Et Roboam credit consiliis juvenum.
 Vos, Roboam profert, flagris pater ante cecidit;
 Sed mihi pro flagris, scorpio multus erit.
 Sola tribus Judæ regi Roboam famulatur;
 Deno tribus regem Jeroboam sequitur.
 Vult Adoram missus Roboam deferre tributum,
 Sed lapidat veniens Israel omnis eum.
 Accelerant centum simul octogena virorum
 Millia cum Roboam perdere Jeroboam.
 C Nomine Semeias vates fuit; ille catervas
 Ut tot abire videt, sic ad eas perhibet:
 Integritas regni pro David erat Salomoni,
 Sed Roboam sit honor pro Salomone minor.
 Juda revertatur; non Israel interimatur,
 Sed sedeat proprio Jeroboam solio.
 Hoc simul audivit, regressus Juda quievit;
 Post tamen est factus Jeroboam reprobus.
 Ad Domini templum quod Jerusalem micat auro
 Conveniunt plures Israel ex populo.
 Jeroboam metuit ne regno sit cariturus,
 Si suus ad Roboam conveniat populus.
 Artis opus miræ vitulos facit, et jubet ire
 Jeroboam populos, ut recolant vitulos.
 Aureus in Bethel vitulus est, par suus in Dan;
 D Hoc opus, hique dii, sunt tibi Jeroboam.
 Festa dies agitur, que cogit pergere secum
 Jeroboam Bethel multiplicem populum.
 1198 Thurificat vitulum rex Jeroboam super
 [aram:
 Ecce vir ex Juda clamat at hoc in eam.
 Vir domui David Josias nomine surget,
 Qui super hanc aram pontifices perimat.
 Hoc aderit signum: Scindetur protinus ara,
 Et cadet in terram qui cibus est in ea.
 Rex levat inde manum, citiusque capi jubet illum;
 Mox manus arida fit, nec retrahi potuit.
 Scinditur ara cito, sicut vir dixerat ille,

Et populi cinerem conspiciunt cadere.
 Jeroboam rogat vir ut auxilium sibi poscat,
 Qui petiit Dominum restituitque manum.
 Inde vir ex Juda pergat, sequiturque propheta
 Unus, eumque rogat quo rediens comedat.
 Vir Domini profert : Dum Bethel pergere jussit
 Me Dominus, Bethel ne comedam vetuit.
 Ille propheta refert : Fuit angelus ecce locutus,
 Utque cibum tibi dem sum per eum monitus.
 Vir redit et comedit, sed qui deceperat illum
 Dum resident clamat vaticinans ad eum :
 Tu nec obedisti, nec jam poteris sepeliri
 Cum propriis patribus, sic loquitur Dominus.
 Vir residens asino pergat, leo mox necat illum,
 Inde nihil comedens, nec perimens asinum.
 Conspicitur medio projectum calle cadaver,
 Et stat asellus ibi, statque leo pariter.
 Hoc ubi cognovit, petit ille propheta necatum,
 Flensque suum Bethel hunc vehit ad tumulum.
 Jeroboam natus jacet æger Abia vocatus ;
 Atque quiete carens luget uterque parens.
 Rex jubet ut pergens sua consulat uxor Achiam,
 An subeat mortem natus Abia citam.
 Federat hoc ætas, oculis nil cernit Achias ;
 Hic manet in Silo vera videns animo.
 Se simulans aliam petit hunc regina, sed ille :
 Jeroboam conjux (protulit) ingredi.
 Jeroboam peccat, vitulos quos fecit adorat ;
 Et tibi missus ego nuntia dura fero.
 Æger Abia jacens, quem Jeroboam generavit,
 Quando domum venies exanimatus erit.
 Jeroboam generis tumulabitur amodo nullus,
 Solus erit tumulo vester Abia datus.
 Jeroboam generis si quis moriatur in agris.
 Hunc comedent volucres ; si quis in urbe, canes.
 Et veniens Thersam regina domum penetravit,
 Natus Abia suus mox anima caruit.
 Juda Dei legem, Roboamque tene, tribus annis,
 Nullus et interea prævalet hostis eis.
 Jerusalem Sesax rex Ægypti spoliavit,
 Quando Deum Roboam Judaque deseruit.
 Aost tamen a Roboam Judaque fuit rogatus,
 Atque retro Sesac facit abire Deus.
 Mortuæ est Roboam, quo cum Salomone sepulto ;
 Natus Abia suus fungitur imperio.
 Jeroboam veniens terras invadit Abiam,
 Et penitus Judam nititur atterere,
 Ad Dominum clamans dum rex configit Abiam,
 Jeroboam fugiens vix redit ad propria.
 Jeroboam moritur ; Nadab autem filius ejus
 Israel a populo Sceptriger erigitur.
 Civibus Allophylis urbs Gebbethon est habitata,
 Dum Nabad obsidet Hana cædit eum Baasa.
 Agmina fugerunt, volucresque Nadab lacerarunt,
 Et fuit Thersa rex positus Baasa
 Ense perit Baasa dum Jeroboam genus omne ;
 Soitur, Achia, tuus sermo fuisse ratus.
 A populo Judæ postquam sepelitur Abia,
 Sceptriger efficitur filius ejus Asa.

A Perpetuum bellum fuit inter Asam Baasamque ;
 Verus Asæ Deus est ; sed vitulæ Baasæ.
 Sæpe propheta Jehu Baasæ mala vaticinatur,
 Inde neci Baasa percutiente datur.
 1190 Ut nociturus Asæ dominetur per loca Judæ
 Edificare Rama proposuit Baasa.
 Sceptriger Benadab qui rert diadema Syrorum,
 Rex Asa munera dans expetit auxilium.
 Auxilio Benadab sunt Baasæ mala multa ;
 Sic per eum non est ædificata Rama.
 Ut sepelit Baasam regem facit Israel Helam
 Qui Baasæ patriæ moribus est similis.
 Militiæ princeps obsedit Gebbethon Amri ;
 Hela suos cuneos stare jubebat ibi.
 Dum bibit in Thersa rex Israel ebrius Uela,
 Servus eum Zambri tradidit ense neci.
 B Obtinuit Thersam Zambri, rex Israel, atque
 Illius ense cadit tota domus Baasæ.
 Aggreditur Thersam factus rex Israel Amri,
 Puniat ut servum qui dominatur ibi.
 Israel adveniens circumdat mœnia Thersæ,
 Viribus et totis vult ea destruere.
 Quando videt Zambri quod sit capiendus ab Amri,
 Ingrediens aulam, se cremat hic et eam.
 Somer erat princeps qui montem vendidit Amri ;
 Rex nova Samariæ mœnia fecit ibi.
 Mortuus est Amri ; quo Samariæ tumulto,
 Filius ejus Achab ponitur in solio.
 Rex Achab uxorem pravam Jezabel sibi jungit,
 Et sequitur Baalim quem sua nupta colit.
 C Sydonius rex est qui Mechabaal vocitatur,
 Hic Jezabel pater est, et Baalim sequitur.
 Asserit Elias quoniam nisi proferat ipse.
 Nec populis rores, nec veniens pluviam.
 Est prope Jordanem torrens, qui nomine Charit
 Dicitur ; Elias hic sedet, inde bibit.
 Dante Deo, panem corvi carnesque ministrant ;
 Inde bis Eliam quaque die reparant.
 Dum nimis imbre caret, torrens decrescit et aret ;
 Tum pater Elias quærit aquas alias.
 Sidonius locus est ; veteres dixere Sarepta :
 Huc venit Elias, suscipit hunc vidua.
 Exiguam viduæ vas cernitur esse farinæ ;
 Restat ei tantum vas olei modicum.
 Nil olei miuus est, non est tenuata farina ;
 His tamen Elias utitur et vidua.
 D Natus obit viduæ, jacet Elias super illum,
 Et precibus fusi vivificat puerum.
 Tres abeunt anni cum seno mense, nec ulla
 Omnibus in terris conspicitur pluvia.
 Rex Achab Eliam quærens, non invenit illum ;
 Invenit Abdias, hocque refert ad eum ;
 Rex Achab in varias te quæri præcipit oras,
 Et fieri tecum vult sibi colloquium.
 Protinus Elias Abdiam pergere jussit :
 Ille vocat regem, rex properando venit.
 Mons prope Jesrael est, Carmeli nomine dictus.
 Hunc petit Elias, rex Achab et populus.
 Ecce quater centem quinquagenique propheta

Sunt ibi qui perhibent se Baalim colere.
 Conspicit Elias tot pontifices statuarum,
 Nec dubitavit eis hoc dare propositum :
 Ara sit una Baal, sit bos positus super unus,
 Araque sit Domini, bosque super positus ;
 Appositis lignis supponatur nihil ignis :
 Sic Baal atque meus se probet igne Deus.
 Pontifices clamant : Et si Baal est Deus, ignem
 Mittat, et ipse suum devoret igne bovem.
 Si Dominus Deus est, ego vociferabor ad illum,
 Atque bovem Dominus devoret igne suum.
 Inde super binam bos binus ponitur Aram,
 Satque datur ligni, sed nihil ignis ibi.
 Pontifices clamant, et cædunt corpora cultris ;
 Nec Baal audit eos, nec datur ignis eis.
 Tunc petit Elias ut det Dominus Deus ignem ;
 Nec mora, consumit cœlica flamma bovem.

1200 Præcipit Elias comprehendere quosque prophetas,

Atque Cison ductos ense peremit eos.
 Jezrael Elias regem monet ociosus ire,
 Ne redeuntis iter præpediant pluviae.
 Postulat Elias Carmeli vertice pronus,
 Moxque dedit nubes et pluvias Dominus.
 Jezrael ad Jezabel veniens Achab omnia narrat
 Qualiter Elias hæc operatus erat.
 Nuntiat Eliæ, quia perdidit ipse prophetas,
 Per famulum Jezabel, sic faciam tibi oras.
 Dum fugit Elias, sub juniperum venienti
 Appetitur sibi mors, atque sopor fit ei.
 Angelus hunc vocat ut comedat, qui surgit, et ecce
 Azymus hic panis, vasque videtur aquæ.
 Prædit et obdormit, vocat angelus hunc ad edendum,

Qui comedit panem quem videt appositum.
 Luxque dea [f. Luce dena] quater totidem cum
 [noctibus ivit,
 Cum nihil Elias prandet Horebque venit.
 Montis Horeb quædam spelunca videtur, et intus
 Dum manet Elias, inquit ei Dominus :
 Egrediens stabis coram Domino veniente,
 Tunc ibi prævenient res ita terrificæ.
 Spiritus est grandis fortisque, nec est Deus illis.
 Motio subsequitur mira, nec est Deus hic.
 Maximus est ignis, Deus est prope, non tamen
 [hic est ;

Sibilat aura levis, hic veniens Deus est.
 Contegit Elias dum palliolo sibi vultum,
 Quid facis hic, inquit cœlica vox ad eum ?
 Ille refert : Zelo zelatus sum, quia pergit
 Post Balaam populum, teque sequi renuit
 Israel [f. Jezabel] ense tuum percussit quemque
 [prophetam,

Me superesse dolens quærit ut inteream.
 Inquit ei Dominus : Perges, Elias, tuoque
 Victus erit studio rex Asael Syriae.
 Unge Levi regem super Israel ; ast Elisæus
 Unotus erit pro te, sitque propheta meus.
 Rex Syriae Benadad vult ter donis geminisque

A Regibus adductis Samariam capere.
 Illex Achab Israel est ; hic inter nœnia clausus
 Defleat et trepidat Samariæ populus.
 Rex Benadad jubet hoc ; argenti quidquid et auri
 Hic habet, uxores et genitos det ei.
 Territus iste refert : Ego sum tuus, et mea quæque,
 Ut mihi mandasti, sunt tua, mi domine.
 Mandat ei Benadad : Servos ego cras tibi mittam,
 Quodque placebit eis Samariæ capiam.
 Mittit Achab Benadad, sibi quem videt insidiari,
 Hoc nimis est durum, non patiar fieri.
 Rex Achab et Benadad pugnant in vertice montis ;
 Terga Syri vertunt, Israel instat eis.
 Rex Benadad fugiens, ubi videt se superatum,
 Dixit Achab regem montis habere Deum.

B Annus abit, Benadad reparat currus equitesque,
 Atque redit sperans Israel opprimere.
 Cernitur in campis ab Achab Benadad superatus,
 Et Dominus fortis scitur ubique Deus.
 Urbs vocatur Aphec ; Benadad conclusus in urbe
 Sic lalet ut nunquam se putet aufugere.
 Membra tegunt saccis, et sic ad Achab venientes
 Quæ Benadad mittit verba serunt proceras.
 Servus erit Benadad tuus, et quæcunque jubebis
 Efficiet, vitam tu sibi si dederis.
 Inquit Achab : Volo ; sit Benadad mihi socius
 [junctus,

Et vigeat frater tempus in omne meus,
 Tunc humilis Benadad demisso vertice venit,
 Inque suo curru rex Achab hunc posuit.
 Ecce propheta suo comiti, me percutite, dixit ;
C At fore percussor, qui comes est, renuit.
 Ille refert comiti quoniam leo perderet ipsum.

1201 It comes, et veniens mox leo perdit eum.
 Vir venit alter ; ei, me percutite, dixit ; at ille
 Percutit, et sanguis labitur a capite.
 Inde propheta sibi legit omnem pulvere vultum,
 Et veniens ad Achab, tale dat eloquium :
 Dummodo pugna fuit, quidam cepit fugientem,
 Et mihi commisit lege sub hac hominem.
 Hunc nisi restituas, argenti solve talentum,
 Vel mihi pro capto da caput ipse tuum.
 At mihi commissus fugiens evasit, et ille
 Qui mihi commisit, jus petit inde grave.
 Aut hominem reddes, aut argentum dabis illi
 Rex ait, aut debes iudice te perimi.

D Ut facie tersa fuit agnitus esse propheta,
 Dixit Achab plane iudicium simile.
 Rex Benadad merito fuerat vir mortis ; at illi
 Tu dator es vitæ, dignus es inde mori.
 Vineæ Nabod erat, fuit hæc in Jezrael urbe ;
 Rex Achab appetit hanc, et sibi vult emere.
 Vineæ, Nabod ait, patrum fuit ista meorum,
 Sitque meæ proles ; non capiam pretium.
 Hoc Achab audito, dat tristia membra cubili.
 Nec comedit panem, vultque dolore mori.
 Ut Jezabel ponit notulas, ponitque sigillum.
 Jezrael has mittens, triste dat imperium.
 Imperio Jezabel duo crimen testificati

Sunt ibi, quo Nabot debeat interimi.
 Dicitur a Nabod : Rex atque Deus benedictus ;
 Inde videns testes, hunc lapidat populus.
 Hoc Achab ut novit gavisus, Jezrael intrat ;
 Obvius Elias sic ad eum loquitur :
 Perditor illius es cujus bona diripuisti ;
 Ira Dei vindex te dabit inde neci.
 Fusus erit sanguis tuus, ac linget canis illum
 Nabod ubi cruor est linctus ab ore canum ;
 Atque canes comedent Jezabel : utrumque peribit
 Sic genus, ut Baasæ tota domus perit.
 Induitur sacco, jejuna, luget, humique
 Sternitur, et flexo pergit Achab capite.
 Protulit Eliæ Deus : Hocne vides, quia plangit
 Rex Achab, et veniam nocte dieque petit.
 Dio Achab : Illius dare quod mala nolo diebus,
 Post, mala sunt tibi danda suæ domui.
 Rex Asa mortuus est, tumulat genitus suus illum
 Nomine qui Josaphat suscipit imperium.
 Rex Achab et Josaphat valido sibi fœdere juncti,
 Samariam veniunt, atque loquuntur ibi.
 Esse Ramoth Galaad debet mea, rex Achab, inquit.
 Huc Josaphat secum protinus ire petit.
 Ibo, refert Josaphat, sed consule, quæso, prophetas
 An valeat nobis aïore prosperitas.
 Ecce quadringenti veniunt, et quisque prophetat
 Velle Deum reges ire Ramoth Galaad,
 Ferrea dat propriæ Sedechias cornua fronti ;
 Et veniens ad Achab, talia dixit ei :
 Pergere Ramoth Galaad, subito capturus es illum,
 Atque fugans perdes cornibus his Syriam.
 Israel in terra superest aliusne propheta,
 Rex Josaphat quærit. Tunc Achab istud ait :
 Prospera qui nunquam, sed semper dura prophetat,
 Est prope Michæas. Exigit hunc Josaphat.
 Mittitur eunuchus, qui pergens advocat illum ;
 Et cito Michæas ducitur in medium.
 Visne Ramoth Galaad nos pergere? Rex Achab inquit:
 Pergite, Michæas, et bene cedit, ait.
 Rex Achab adjurat Domini sub nomine verum
 Dicere Michæam. Tunc ait hic ad eum :
 Israel est visus, veluti pastore carentes
 Ire solent sparsim per juga montis oves.
1202 In solio celso residens Deus est mihi visus;
 Multus et astabat spirituum numerus :
 Præcipiet [*melius* Decipiet] quis Achab vestrum
 [Deus omnibus inquit ? D
 Hunc ego decipiam, spiritus unus ait.
 A Domino jussus per quem tu decipiaris ?
 Spiritus est mendax vatibus esse tuis (59).
 Mox ubi Michææ maxilla manu Sedechiæ
 Acriter icta fuit, percutiens vir ait :
 Mene, Deus, spretio, fuit hæc tibi verba locutus ?
 Ast alapam patiens, protulit intrepidus :
 Quando petens letebras gominum conclave subibis,
 An fuerim verax scire coactus eris.
 Præcipitur tristi Michæam carcere claudi ;
 Itque Ramoth Galaad rex Achab et Josaphat.
 (59) Forte : *Spiritus et mendax vatibus ero tuis.*

A Rex Achab ut Syriæ regem videt appropriare
 Qualiter incedat sic docuit Josaphat :
 Vestibus insignis, curru, regalibus armis
 Ibis, erisque meo conspicuus populo.
 Tunc Achab omnino se regem dissimulavit,
 Et modico curru sic quasi miles abit.
 Rex Syriæ cuneos quos fortes aspicit orat,
 Ut reliquis spretis, rex Achab intereat.
 Præcipuus Syriæ cuneus credens Achab esse,
 Aggrediens Josaphat, præcipitare parat.
 Ut Josaphat clamans, quod non esset Achab patefacit,
 Transit eum cuneus ; sic Josaphat viguit.
 Israel atque Syri duro certamine pugnant,
 Estque diu dubium qui superare queant.
 Ivit in incertum, casuque sagitta volavit,
 Qua prope pulmamadæ fixus Achab perit.
 B Quando fuit notum quia vincunt arma Syrorum,
 Aufugitans Josaphat Jerusalem remeat.
 Quem generavit Achab rex Israel, est Ochozias,
 Qui similis patris est, atque colit statuas.

—
 IN LIBRUM QUARTUM.

Lapsus in æde tua per cancellos, Ochozia,
 Membra movere nequis, atque mori metuis.
 Accaron ire facis famulos, Ochozia, jubesque
 Beelzebub an prope sit mors tua consulere.
 Angelus Eliam famulis occurrere jussit,
 Et quod eis verbum diceret edocuit.
 Obvius Elias famulis ait : Est Deus unus,
 Qui Deus Israel est, nec Deus est alius.
 C Beelzebub esse Deus quia creditus est Ochoziæ,
 Et quia misit vos hunc modo consulere,
 Dicite quod nequeat succurrere Beelzebub illi,
 Sed Domini jussu mors prope fiet ei.
 Tamen ut Eliæ famuli referunt Ochoziæ
 Rex homines [*f. milites*] mittit, huncque venire
 [petit.
 Cum decies quintis princeps properavit eorum,
 Qui vocat Eliam regis ad alloquium.
 Ammoveret [Admonet] Eliam princeps puerum quasi
 [vilem,
 Despiciensque Dei nominat hunc hominem.
 Cælitus Elias fecit descendere flammam,
 Unde perit princeps atque sui comites.
 Cum totidem princeps venit alter, quos cremat ignis :
 Tertius est salvus ; nam fuit hic humilis.
 Hic ait Eliæ : Ne me, pater, obsecro perdas
 Pronus et inquit ei : Rex petit ut venias.
 Ut venit Elias, profert : Ochozia peribis ;
 A modo de lecto surgere non poteris.
 Samaritæ cives regem tumulant Ochoziam,
 Atque suo fratri sceptrum dedere Joram.
 Palliolo quodam Jordanis percutit undam.
 Taliter Elias dividit ejus aquas.
 Tunc pater Elias fluvium sicco pede transit,
 Atque sequens illum tunc Elisæus abit.
1203 Protulit Elias : Pete quod tibi vis, Elisæe :

Tollar et ante, volo quod cupies facere.
 Spiritus Eliæ tibi duplex ut tribuatur,
 Hunc, Eliæ, rogas; optima res petitur.
 Tunc ait Elias: Licet hæc sit difficilis res,
 Dum lerar, hanc, ai me videris, accipies.
 Res veniunt miræ, quibus est divinus uterque,
 Scilicet ex igni curvus adest et equi.
 Dum Deus Eliam cum turbine tollit in auras,
 Hunc Eliæ videns: Mi pater, ingeminas.
 Palliolum cadit Eliæ, sed aquas Elisæus
 Percutit hoc, et non dividitur fluvius.
 Ille Deum vocat Eliæ, Jordanis et undas
 Percutit, et cito dissociavit aquas.
 Dum Jericho cuncti fontes biberentur,
 Expetiit curam plebs, Eliæ, tuam.
 Sal jacies in fontes, Dominumque vocas, Eliæ,
 Et Jericho dulces inde bibuntur aquæ.
 Ligna puer cædis, ferrum Jordanis in undis
 Labitur, hocque puer mutuo detuleras.
 Vir Domini lignum præcisum ponit in undis,
 Moxque natat ferrum, quod puer inde trahis.
 Fit dolor in turba, mors exclamatur in olla,
 Cum colloquintida sit, quæ male missa fuit.
 Tu moderans herbam, misces, Eliæ, farinam,
 Inde salutiferum præbuit olla cibum,
 Dum pueri Bethel dicunt: Ascendite, calve;
 Ludibrium reputas hoc, Eliæ, grave;
 Tu maledicis eis. Ursa duo quos petierunt,
 Hosque quater denos atque duos perimunt.
 Creditor in servos viduæ vult tollere natos;
 Ast olei tantum possidet illa parum:
 Hinc, Eliæ, jubes fundi per plurima vasa.
 Sic olei gattis vasa replet vidua.
 Quinque quater modicos in pera fert homo panes,
 Distribui turbæ, quos, Eliæ, jubes.
 Cumque viris centum dubitans puer inde minister,
 Mox saturos omnes et superesse videt.
 Quæ Sunamitis erat mulier cernens Elisæum,
 Præbet ei panem, præstat et hospitium.
 Acriter illa dolet quia filius est sibi nullus,
 Atque maritus ei jam nimis est vetulus.
 Asseruit vates huic post annum fore partum;
 Et simul annus abit, et peperit puerum.
 Crevit, et in messem venit ad patrem puer ille,
 Et dolor in tenero sit pueri capite.
 Mittitur ad matrem, genibus quem sustinet illa,
 Atque repente die mortuus est media.
 Gressibus it promptis in Carmelum Sunamitis.
 Hic Elisæus erat, quem videt atque rogat.
 Procidit hæc lacrymans, complexa pedes Elisæi,
 Quam remove suus vult famulus Giezi.
 Vir Domini profert: Noli, quia mæror acerbus
 Hanc premit, et mihi non protulit hoc Dominus.
 Inde suum baculum Giezi dat, quem properantem
 Sic monet: Hunc pueri pone super faciem.
 Mæsta virum Domini non dimittit Sunamitis,
 Et Giezi missum non putat esse satis.
 Est baculus positus, sed non est vox neque sensus,
 Nuntiat hoc Giezi, virque venit Domini,
 Aspiciens puerum, super hunc cubas, Eliæ,

A Mortua nec dubitas membra tuis premere.
 Jungitur os labiis, oculi junguntur ocellis,
 Atque manus manibus; sique puer calidus.
 Ut reparando precem, semel is, Eliæ, per ædem,
 Ad puerum remeas, et super hunc recubas,
 Tunc vicibus septem puer oscitat, et Sunamitis
 Læta tulit puerum, qui vixet incolomis.
 A Syria veniens Naaman princeps, Elisæum
 Poscit ut a lepræ vulnere curet eum.
 Utque propheta jubet, Naaman Jordanis in unda
 Est vicibus septem lotus, abitque lepra.
 1204 Post Naaman currens, argenti bina talenta
 Sumit ab hoc Giezi, quæ tegit ut propria.
 Munus avaritiæ non vult Elisæus haberi.
 Qui jubet, et Naaman lepra datur Giezi.
 B Samariæ cives ut possint illaqueari,
 Insidias ponunt per loca multa Syri.
 Samariæ regi loca nuntiat hæc Elisæus.
 Sic Syriæ semper decipitur populus,
 Rex Syriæ quærit quis proditor est famulorum.
 Tunc famulus quidam protulit hoc ad eum:
 Samariæ regi narrat vates Elisæus
 In thalamo quidquid consilii capimus.
 Rex Syriæ noctu jubet agminibus properare,
 Atque virum Domini qui Dothan est capere.
 Mane puer surgens prope muros agmina cernit,
 Fletusque viro Domini: Quid faciemus, ait?
 Vir sacer angelico montem videt agmine plenum
 Stare Deus facit hoc ejus ad auxilium.
 Luminibus pueri nequit ignea turba videri,
 C Moxque precante viro, visa fuit puero.
 Aspiciens hostes, maledicit eis Elisæus,
 Et petit ut visum demat eis Dominus.
 Tunc ad eos veniens, dedit illis talia verba:
 Urbs Dothan hæc non est, vestra nec ista via;
 Dux ego vester ero, vos accelerate sequendo;
 Me duce cernetis, cernere quem cupitis,
 Accelerant hostes, præcedit dux Elisæus
 Donec eos clausit Samariæ foribus.
 Mœnibus inclusos rex Samariæ videt hostes,
 Totque necare parat belligeros homines.
 Sufficiens eis Elisæus prandia præbet;
 Ad Syriæ regem post remeare jubet.
 Terra Moab debet pecudum præbere quotannis.
 Millia bis centum Samariæ populis.
 D Sesa Moab rex est, prohibetque venire tributum.
 Inde Joram Josaphat ducit in auxilium.
 Rex comitatur Edom; sic tres reges abierunt,
 Atque Moab regem præcipitare volunt.
 Septima lux tenet hos in desertis Idumææ;
 Flumen abest et fons, et lacus, et pluviæ.
 In varias oras homines, jumenta que tendunt,
 Fertur aquæ modicum quod procul inveniunt.
 Tres veniunt reges, vatemque rogant Elisæum
 Quatenus his Dominus donet aquas per eum.
 Vir Domini psalterem fecit prope se modulari,
 Estque super vatem facta manus Domini.
 Tunc per agros jussit fieri fossas Elisæus,
 Et populo dixit: Sic loquitur Dominus.

A populo visus non ventus, non erit imber,
 Et tamen omnis aquas foetus habebit ager.
 Cuncta trium regum cum surgunt agmina mane,
 Et per agros manant fluminis instar aquæ,
 Ex tot aquis crescens fluvius, terram madefacit,
 Et rubeus torrens sic quasi sanguis erat.
 Tres pariter reges pugnasse Moab reputavit,
 Sanguineumque ratus currere flumen, ait :
 I Moab ad prælam, quoniam tuus occidit hostis,
 Jam locuples sis illius ex spoliis.
 It Moab ; at illum fugat Israel, et Moab urbem
 Aggreditur quamdam plus aliis celebrem.
 Rex Moab aspiciens tres reges prævaluisse,
 Sic timet, ut facinus perpetret horribile.
 Chara nimis proles regis Moab est puer unus,
 Qui patrii regni debet habere decus.
 Aspiciunt reges, et triste ferens holocaustum,
 Immolat in muro rex Moab hunc puerum.
 Gentibus in reges fuit indignatio magna,
 Qui Moab indulgent, et repetunt propria.
 Maxima castra locans, valido circumdedit hoste
 Rex Syriæ Benadad mœnia Samariæ.
 Clausus in urbe Joram colligere non valet hosti,
 Atque fame pereunt Samariæ populi.
1205 Vix pretium carni poterat dare plebs asi-
 [niæ,
 Atque columbarum stercorea vix emere.
 Samariæ regem muliercula pauper adivit,
 Judiciumque petens, talia proposuit :
 Ista meum natum consumpsit femina mecum ;
 Ecce suum tollit, mandere quem pepigit.
 Rex nimis inde dolens : Elisæus jam morietur,
 Jurat, et ut necet hunc accelerans granditur.
 Utque Joram frendens Elisæi limen adivit,
 Aspiciens illum, sic Elisæus ait :
 Samariæ fiet cras copia magna farinæ,
 Sic, stater ut pretium sit modii similitæ.
 Unus adest princeps, rex incumbit super illum,
 Ipse viro Domini tale dat eloquium :
 Si Dominus nobis receret cœli cataractas,
 Non poterit fieri quod fore significas.
 Vir Domini profert : Similam quam dico videbis,
 Inde tamen gustum sumere non poteris.
 Angelicæ noctu veniunt in castra phalanges,
 Armaque dant sonitus undique terribiles.
 Esse putat Benadad Pharium regem vel Bethæum
 Civibus obsessis qui ferat auxilium.
 Mox Benadad fugiens in castris cuncta relinquit.
 Atque suas animas salvificare cupit.
 Bis gemini noctu veniunt in castra leprosi,
 Inveniuntur opes, nemo videtur ibi.
 Civibus hi referunt, quoniam discesserit hostis,
 Castraque cernuntur plena quibusque bonis.
 Samariæ cives properant in castra Syrorum,
 Et capiuntur opes quæ superant numerum.
 Insuper a populis affertur tanta farina,
 Ut pateat verax vox, Elisæe, tua.

¹⁴ I Reg. x.

- A Ille malus princeps Elisæum qui reprobavit,
 Samariæ custos, rege jubente, fuit.
 Hic miser a turba similam gestante gravatus
 Occidit in porta sub populi pedibus.
 Mortuus est Josaphat, qui fertur patris ad urnam,
 Atque suus natus fert diadema Joram.
 Hic statuas coluit, cujus genitrix Athalia
 Exstitit ; hæc Amri rege fuit genita.
 Iste Baal sacris, et fratrum cæde suorum,
 Regis Edom meruit perdere eervitium.
 Hic tamen aggrediens insurgentes Idumæos,
 In Seira pugnans nocte fugavit eos.
 Juda Joram sepelit. Post illum filius ejus
 Est Aasias [Ochozias] rex, qui nimis est repro-
 [bus.]
- B Hic Baal est cultor, docet hunc genitrix Athalia,
 Quæ Baalim sequitur, regis Achab genita.
 Vir Domini venit Benadad languente Damasci.
 Tunc Hazael princeps protulit hoc ad eum :
 Me Benadad mittens an sit prope mors tua, quærit ;
 Vir Domini profert : Dic quia sospes erit.
 Scire tamen volo te Benadad subito moriturum,
 Atque tibi Dominus dat diadema suum.
 Inde sequente die Benadad fuit exanimatus,
 Ejus et in solio rex Azael positus.
 Tunc, Elisæe, jubes puerum cito pergere quemdam,
 Et facis hunc olei tollere lenticulam.
 Cumque Ramoth Galaad puerum facis accelerare,
 Taliter insinuas quid placet hunc facere.
 Quando Jehum cernens hunc in conclave... [f. de-
 [duces.]
- C Et quod ei facies non referas aliis.
 Unde Jehum regem ; rex Israel ipse futurus
 Percutiat Jezabel ; sic Achab omne genus.
 Destruat ipse Baal ; quicumque Baal veneratur
 Ense Jehu pereat. Sic Dominus loquitur.
 Protinus accelerat, regemque Jehum puer ungit,
 Quid faciat profert, egrediensque iugit ¹⁴.
 Quæritur a servis : Tibi quid fecit puer ille ?
 Idque Jehu cunctis protulit intrepide :
 Unctus ab hoc ego sum rex Israel. Hoc Elisæus
1206 Annuat, et regem me fore vult Dominus.
 Inde Jehum regem populi venerantur, et illi
 Subjiciunt vestes in speciem solii.
 Vulnora facta Joram sunt regi Samaritano,
 Sumpserat hæc pugnans cum Syriæ populo.
- D Jezrael ille jacet, sed eum quem visere tendis,
 Jezrael a Juda rex Ahazîa venit.
 Rex Jehus ut reges audivit, Jezrael esse,
 Agmen eo ducens quærit eos capere.
 In gemino curru geminus rex Jezrael exit,
 Pacificumque Jehum dum putat, obvius it.
 Ordine dispositam cogit Jehus ire catervam,
 Atque regit cuneum prævius ipse suum.
 Estne, Joram profert, mihi pax ? Non est, Jehus
 [inquit,
 Cum Jezabel meretrix, atque venefica sit.

Cumque Joram fugiens verso curru gradiretur.
 Hunc Jebus in quodam Nabot agro sequitur.
 Tunc Jebus arcitenens facit accelerare sagittam,
 Quam voluit Dominus cor penetrare Joram.
 Protinus a curru dux Badacer eiecit illum,
 Atque Joram maculat sanguine Nabot agrum.
 Ut videt insidias currit fugiens Abazias [Ochozias];
 Saucius hic rediit, mox tamen interiit.
 Jezrael ingrediens Jebus, illos percutit ense
 Quos vidit ex toto regis Achab genere.
 Cernit in arce malam Jezabel rex, perque fenestram

Hanc jubet eunuchis præcipitare suis.
 Exanimem Jezabel sic ungula trivit equorum,
 Ejus ut ex membris nil pene sit reliquum.
 Cernitur ex illa capitis solummodo testa,
 Summaque pars manuum, pars quoque summa pedum.

Egregio cultu quos servant Samaritani,
 Sunt decies septem regis Achab geniti.
 Samariæ cives illorum septuaginta
 Jezrael ante Jehum cæsa ferunt capita.
 Rex Jebus ut geminos capitum conspexit acervos,
 Jezrael abscedit, Samariamque petit.
 Aspicit hic fratres, Asia [Ochozia], tuos venientes,
 Hosque quater denos percutit atque duos.
 Samariam veniens monuit Jebus accelerare,
 Quosque Baal servos et Baalim colere.
 Et referens quod Achab modicum Baal est famulatus,

Se famulaturum dixit eis potius.
 Sacrificare Baal se velle Jebus simulavit,
 Sacrilegisque domus tota repleta fuit.
 Ingrediensque domum facit offerri sibi vestes,
 Atque Baal jubet has sumere pontifices.
 Utque Baal servos vidit Baalim famulari,
 Fecit eos omnes ensibus interimiri.
 Inde Baal statuam, sanum succendit et aram,
 Fitque latrina loco, quo fuit ara modo.
 Israel in regno necat omnes rex Jebus illos
 Stirpia Achab regis quos videt esse viros.
 Samariam venit, Domino mittente, propheta,
 Talia qui regi protulit eloquia:
 Hoc bene fecisti, Baalim quod comminuiti,
 Et quod Achab regis perditor es generis,
 Sed quoniam populus vitulis offert holocausta,
 Grata parum Domino sunt benefacta tua.
 Samariæ reges nascentur quatuor ex te,
 Post alii surgent ex alio genere.
 Samariæ populus, qui membra Jehu tumulavit,
 Sceptrigerum Joachaz pro patre constituit.
 Jerusalem regnum cupiens Athalia peremit,
 Semine de regum perdere quos potuit.
 Perderet illa Joas, qui filius est Azizæ [Ochoziæ],
 Sed Josabeth furans clam studet hunc alere.
 Joiada præsul erat, cujus Josabeth fuit uxor,
 1207 Sed tua parte patris, rex Aazias [Ochozia],
 zoror.

Imperium Judæ sex annis est Athalia,

A Atque Baal servit, quem Jezabel coluit.
 Cumque Joas pueri fieret jam septimus annus,
 Arma dedit præsul Joiada militibus.
 Præsul eos Domini templum servare rogavit,
 Et fors custodes Jerusalem monuit.
 Utque vocans proceres sibi fœdere copulat omnes,
 Non dubitat totum pandere consilium.
 Nam superesse Joas genitum profert Abazias [Ochoziæ],

Et quia patris ei vult diadema dare.
 Consilium laudant proceres, nimis ex hilarati,
 Atque Joas regem præcipiunt fieri.
 Inde Joas ducens in templum Joiada pergit,
 Atque coronat eum, sceptrigerumque facit.
 Fit canor in templo, manuum strepit undique plausus,

Atque Joas regi clamat, ave, populus.
 Intrat, et insidias profert Athalia parari,
 Joiada projiciens quam facit interimiri.
 Inde sacerdotem disperdit nomine Mathan,
 Atque Baal sanum conterit et statuam.
 Sceptriger inde Joas in regum ducitur ædes,
 Et populis laute dantur ubique depes.
 Sæpius in templo rex offert maxima dona,
 Plebsque dat altari munera sæpe sua.
 Illa sacerdotes rex aspicit omnia terre
 Et Domini templum quod vetus est tuere.
 Protinus in templo rex poni præcipit arcam,
 Et populus jugi munere replet eam.
 Præsulis arbitrio fabris hoc traditur omne,

C Egregio templum qui reparant opere.
 Rex timuit Dominum dum præsul Joiada vixit,
 Præsule defuncto rex statuas coluit.
 Joiada quem genuit, reprobat scelus Zacharias,
 Quem lapidat populus præcipiente Joas.
 Ense Joas perimunt servi; tunc filius ejus
 Est Amasias rex Jerusalem positus.
 Hic Amalec populos et Edom regem superavit,
 Atque deos Amalec diripiens coluit.
 Rex Hazael Syriæ super Israel agmina ducit,
 Qui Joachaz populos effugat et perimit.
 Jam Joachaz currus superest solummodo denus,
 Et decies tantum millia sunt peditum.
 Vim patiens Joachaz Dominum cœpit venerari,
 Et petiit supplex auxilium Domini.
 D Auxiliante Deo rex Israel inde quievit.
 Nec Joachaz regno rex Hazael nocuit.
 Rex Joachaz moritur, qui Samariæ sepellitur,
 Atque Joaz patrio ponitur in solio.
 Visitat infirmum rex quando Joaz Elisæum,
 Se miserum clamat, si pater hic obeat.
 Tunc patris imperio manibus rex accipit arcum,
 Atque pater super has ponit utramque manum.
 Utque sagitta Joaz transitque fenestram,
 Hac, Elisæus ait, percuties Syriam.
 Percute, rex, terram jaculo, profert Elisæus;
 Rex vicibus terram percutit inde tribus.
 Ille refert. Terram si sex vicibus tetigisses,
 Sex vicibus Syriam belliger attereres.

Sed quia ter tangens cassati tangere terram,
 Amodo non nisi tot perulies Syriam,
 Israel a populo Elisæus dum tur ulatur
 Latro peremptus erat, qui super hunc jacitur.
 Mortuus ut tangit sanctos artus Elisæi,
 Vivificant illum membra viri Domini.
 Rex Benadad Syriæ per terras Israel ivit,
 Sed superante Joaz, ter fugiens abiit.
 Inde Joaz regem, vectus Amasia, lacessis,
 Qui tibi succenset talibus eloquiis:
 Carduus in Libano præsumpsit mittere cedro,
 Fac tua sit nati filia nupta mei.
1208 Plurima confestim super illum bestia venit,
 Et gravitate pedem carduus occubuit.
 His monitis dictis Amasias non requievit.
 Inque Joas Judam ducere non timuit.
 Congrediente Joas, capitur fugiens Amasias,
 Huncque Joas vinxit Jerusalemque petit.
 Cumque secare caput parat ense Joas Amasiæ,
 Jerusalem cives hoc facit aspiceret.
 Civibus inde jubet reserare fores Amasias,
 Jerusalemque manet rex dominusque Joas.
 Jerusalem totum pro velle suo tulit aurum,
 Perque quadringentos fregit eam cubitos.
 Obsidibus sumptis Amasiæ vincula solvit;
 Inde Joas clarus Samaritiam rediit.
 Accelerant gladiis Amasiam cedere servi,
 Et diadema patriæ fertur, Ozia, tibi.
 Jerusalem muros veteres reparavit Ozias;
 Hos etiam quos rex diruit ante Joas.
 Ille Palestinos Ammonitæque subegit,
 Atque tributa sibi solvere constituit.
 Sunt hominum regis ter centum millia septem,
 Quamlibet armiferi qui superant aciem.
 Geth penitus delens Jamniam fregit Ozias,
 Atque neci cunctos tradidit indigenas.
 Ex opibus nimis elatus, Ozia, fuisti,
 Pluraque dum bona sunt, plus nocuere tibi.
 More sacerdotis dare thus præsumis, Ozia,
 Atque tuæ fronti lepra datur subita.
 Jerusalem populus postquam sepelivit Oziam,
 Pro patre substituit sceptriferum Joathan.
 Jerusalem cives Joathan rex blandus amabat,
 Atque tyrannorum victor acerbus erat.
 Ille domus Domini portam sic ædificavit,
 Omnibus ut portis celsior hæc fuerit.
 Membra Joas regis postquam gestantur ad urnam,
 Sceptrifer efficitur pro patre Jeroboam.
 Jeroboam Benadad regem Syriæ superavit,
 Et loco Samariæ perdita restituit.
 Jeroboam regem tumularunt Samaritani,
 Et patri imperium dant, Zacharia, tibi
 Aggrediens Sellum gladio perimit Zachariam,
 Rexque brevi tenuit tempore Samariam.
 Samariam venit Manabem, Sellumque necavit,
 Et populus regem constituit Manabem.
 Samariæ populus postquam Manabem tumulavit,
 Pro patre Phaceiam sceptriferum posuit.
 Insidians Phacee Phaceiam perdit, et illi

A Sceptrifero parent Samariæ populi.
 Rex obiit Joathan, populus quem vexit ad urnam,
 Et reprobus regnat filius ejus Achad.
 Illo suum studuit flammis comburere natum,
 Sculptilibusque suis sacrificavit eum.
 Rex Syriæ Rasin. Phucee rex Israel: isti
 Jerusalem veniunt, hanc spoliare rati.
 Rex Achaz Assyrio dans Tielglathphalasar aurum,
 In geminos reges postulat auxilium.
 Rex venit Assyrius, qui Rasin percutit ense,
 Interimens multos ex populis Phacee.
 Assyrius pugnans capit ingrediturque Damascum;
 Rex Achaz huc veniens munera fert ad eum
 Rex Achaz aspiciens quam pulchra sit ara Damasci.
 Consimilem jussit Jerusalem fieri.
B Sacrificat vitulos et oves Achaz hanc super aram,
 Sicque deos sequitur quos coluit Chanaan.
 Ille domus Domini portas jubet undique claudi,
 Ne populi vero dent holocausta Deo.
 Insiliens Osee Phaceem simul ense peremit:
 Hunc populus regem Samariæ statuit.
 Salmanasar rex Assyrius super Israel ivit,
 Samariamque petens, obtinet atque capit.
 Hic Oseem claudens in carcere, Samaritanos
 Vinxit, et adducens vertit in Assyrios.
1209 Corpus Achaz regis proceres faciunt sepe-
 [liri,
 Atque patriæ regnum dant, Ezechia, tibi.
 Eneus est serpens, Moyses erexerat illum,
 Stultaque thurificans plebs veneratur eum.
C Depositum frangit serpentem rex Ezechias,
 Fanaque succendens comminuit statuas.
 Per loca Judææ lucos excelsaque delet,
 Et Domino soli sacrificare jubet,
 Sennacherib rex Assyrius locat agmina Lachis;
 Sicque parat bellum Jerusalem populis.
 Rabsacis est nomen legati, qui prope murum
 Jerusalem populis hoc facit eloquium:
 Jerusalem cives, ne fallat vos Ezechias,
 Qui putat ut Domini salvet eum pietas.
 Nec poterit vobis rex vester ferre salutem,
 Nec Dominus regi ferre valebit opem.
 Vel bibet urinas hæc gens, et stercorea mandet,
 Vel pedibus se se Sennacherib subiget.
 Indicat Isaiæ per legatos Ezechias
D De Domino verbum Rabsacis, atque minas
 Est, ait Isaias, Ezechias nil metuendum;
 Nam Dominus vobis conferet auxilium.
 Jerusalem sperans evertere, jam prope Lobnam
 Sennacherib gentem duxerat Assyriam.
 Millia sunt centum simul octogena virorum;
 Angelus hos perimit nox ubi facta fuit.
 Sennacherib populos tot cernens mane peremptos,
 In Niniven remeat, ne pariter pereant.
 Sennacherib supplex in templo Nefrat [Neeroch]
 [adorat,
 Quem suus Adramelech filius ense necat.
 Vota Deo confert Ezechias exhilaratus,
 Thurificatque Deo Jerusalem populus.

Dum pater Isaias Ezechiam visitat ægram,
 Hunc dare juncta jubet, vaticinans obitum.
 Tunc abit Isaias; sed poscit Deus Ezechias
 Mortis ei tempus differat ut Dominus.
 Regreditur vates, qui regi protinus inquit:
 Quod Dominus voces illius audierit.
 Hoc etiam quod rex ter quinis viveret annis,
 Postque dies ternas pergeret incolumis.
 Rex ait Isaiæ: Quo credam me fore sanum,
 Fac præcor, ut Dominus præbeat indicium.
 Protulit Isaias: Signum mirabile fiet,
 Sol alius radios retro vel ante feret.
 Rex dubitans, inquit: Cito sol petit æquoris undam:
 Sed, rogo, fac solem retro tenere viam.
 Maxima cernere plebs horologium properavit,
 Solque decem gradibus retro viam tenuit.
 Postque dies ternas sospes gradiens Ezechias,
 Immolat in templo thurificans Domino.
 Post etiam felix rex vixit quinque ter annis,
 Et populus Judæ constitit in requie.
 Rex Merodach [Berodach] Baladan mittens proceres
 [Babylonie,
 Jerusalem fecit pergere cum notulis;
 Qui simul ascendunt Ezechias regis in aulam,
 Atque sui referunt regis amicitiam.
 Sumptibus egregiis Ezechias suscipit illos,
 Multiplici necnon munere ditat eos.
 Omne quod in templo vel in gazis est pretiosum,
 Nescius ostendit rex oculis procerum.
 Ingemit Isaias, qui conveniens Ezechiam,
 Sic voluit mentem promere vaticinam:
 Rex Babylonis erit, qui surgens agmina ducet,
 Atque gravi bello Jerusalem capiet.
 Hic spolians templum, gemmas portabit et aurum,
 Transferet in servos Jerusalem populos.
 Tristis ut ad tumbam populus desert Ezechiam,
 Impie Manasses, sceptrum parentis habes.
 Militiæ cæli Manasses thurificavit,
 Anguribusque favens, ariolos peiit.
 1210 Jerusalem justos occidit quosque prophetas,
 Inque domo Domini constituit statuas.
 Ille suum natum comburens, sacrificavit,
 Et Baulim sicut Metabaal coluit.
 Obtulit in lucis et in excelsis holocausta.
 Et populos Judæ duxit ad hæc scelera.
 A populis Judæ (60) Manasses creditur antro,
 Qui staturaunt Ammon patris in imperio.
 Proditus a famulis, ubi rex Ammon sepelitur,
 A patre Josias acceptiger efficitur.
 Aspiciens templum Josias jam prope ruptum,
 Affore prudentes præcipit artifices;
 Atque petens aurum quod det renovantibus ædem,
 Hoc jubet Helciam quærere pontificem.
 Dum pater Helcias in gazis colligit aurum,
 Contigit ut Maysi tolleret inde librum.
 Præcipit in templo Josias hunc aperiri,

(60) Forte et melius: *A populis Syriæ*. siquidem lib. II Paralip., c. xxxiii. sic habetur: *Idcirco superinduxit eis principes exercitus regis Assyriorum,*

A Et facit hunc, populo percipiente, legi.
 Hic legitur sacra lex, quæ mortem judicat ille
 Sculptile qui faciunt, thuraque dant statuis.
 Rex propriam vestem acindit mœrore coactus,
 Quod statuas coleret Jerusalem populus.
 Rex etiam factus coram Domino celebravit,
 Ut teneat legem quam Moyses docuit;
 Et populi jurant, ne legem transgrediantur,
 Sed faciant libro sicut in hoc legitur.
 Illico Josias statuarum destruit aras,
 Quas pater ante suas, quasque colebat avus.
 Astaroth et Melchon, Chamos, Baal igne perurit,
 Vasaque tradita diis (61) omnia comminuit.
 Solis equos aufert quos ante Dei videt ædem,
 Ariolis infert auguribusque necem.
 B Quidquid in excelsis aut lucis ædificarat
 Jerusalem populus, diruit atque cremat.
 Dextera Josiæ cunctos ibi percutit enes
 Idola qui faciunt, atque deos recolunt.
 Protinus in Bethel Josias acceleravit,
 Et statuas delet quotquot ibi reperit.
 Pontifices perimit rex Josias super aram,
 Rex ubi thura dedit pristina Jeroboam.
 Ossa sepulcrorum super aram præcipit uri,
 Et penitus fecit hanc in cinerem redigi.
 Aspiciens tumbam, cujus fuit illa requirit,
 Atque senex regi taliter unus ait:
 Qui fuit ex Juda, jacet hic, bonus ille propheta
 Qui fore prædixit quod tua dextra facit.
 Illius ossa viri prohibet rex inde moveri,
 C Ossa viri necnon qui sepelivit eum.
 Samaritæ cives Josias admonet omnes,
 Ut statuas spernant, atque Deum recolant.
 Sculptile quod vidit Josias diruit omne,
 Et facit inquiri ne lateant statuas.
 Jerusalem rediens Phasæ Josias celebravit,
 Non Phasæ clarius hoc a Samuele fuit.
 Dum Pharo Necao terras petit Assyriorum,
 Per loca Josiæ ducere vult populum.
 Agmina Josias disponens in Necaonem,
 Finibus a propriis pellerè vult aciem.
 Sed puero quodam jacente, sagitta cucurrit,
 Piagaque Josiæ facta repente fuit
 Jerusalem vehitur Josias, et sepelitur,
 Atque Joad [Joachaz] patrio fungitur imperio.
 Rex Necao veniens cepit Joad [Joachaz], atque liga-
 D [tum
 Transtulit, et Pharo carcere clausit eum.
 Inde Joad fratrem Judæ voluit fore regem;
 Hic erat Eliacim, sed vocat hunc Joachim.
 Jerusalem populi Joachim faciunt sepeliri,
 Et Joachim nato dant diadema suo.
 Rex Babylonius est, Nabuchodonosor vocatur;
 Hic populos Judæ belliger aggreditur.
 Rex Nabuchodonosor Joachim cepit, et ligat illum,
 Et Joachim patruo tradidit imperium.

ceperuntque Manassen, et vinctum catenis atque compedibus duxerunt in Babylonem.

(61) Forte vota vel vasa dicata diis.

1211 Hunc populus Judæ modo Matthania voca-
[batur,
Quem Nabuchodonosor nunc Sedecia vocat.
A Nabuchodonosor Sedecias inde recessit.
Jerusalem capta, captus et ipse fuit.
Rex jugulare jubet famulis natos Sedecie,
Post oculos ejus præcipit effodere.
Rex Nabuchodonosor Sedeciam carcere clausit,
Sicque decus regni Jerusalem periit.

A 1212 A Babylone fuit missus princeps Nabuzar-
[dan,
Jerusalem veniens ut spoliaret eam.
Hic Domini templum succendens, diruit arces
Quas tenere prius Jerusalem proceres.
Iude ferens gemmas, aurum transvexit, et omne
Materia clarum quod fuit, aut opere.
Transtulit hic tales geminas ex ære columnas,
Ut similes orbis non habeat geminas.

VEN. HILDEBERTI

CENOMANENSIS EPISCOPI

DIVERSORUM SACRÆ SCRIPTURÆ LOCORUM

APPLICATIO MORALIS EX VETERI TESTAMENTO

AB IPSO EXCOGITATA ET METRICE REDDITA.

E ms. codice monasterii S. Mariani Antissiodorensis ord. Præmonstratensis

§ I. Vocavitque Deus firmamentum cælum (Gen. 1, 8).

(Exstat et in Colbert. n. 1367.)

Cælum factum firmamentum mystica res est,
Nam cælum bonus angelus est, qui postea factus
Est firmamentum; firmatus ne queat ultra
Jam labi; quoniam stetit hic, dum labitur [Colb. hic
[dilabitur] alter.

§ II. Similitudo paradisi et Ecclesiæ

(E duobus Gemmeticensibus 77 et 98.)

Denotat Ecclesiæ paradus; et in paradiso
Est lignum vitæ, Christus in Ecclesia.

Cætera ligna, viri justi; fructus, bonus actus.

Quatuor ex uno flumina fonte fluunt.

Sic Evangelii sunt libri quatuor; eorum

Nos doctrina rigat, fructiferosque facit.

Lignum per quod Adam quæ sint bona, quæ mala
[coovit,

Libertas nostri dicitur arbitrii.

§ III. Deus cor respicit, non munus ipsum (Gen. 14, 4).

(In Gemmeticensi.)

Respexit Deus ad Abel, respexit ad ejus

Munera; plus placet affectus, quam munera dantis.

Unde prius dantem respexit, postea munus;

Nam per munus Abel, per Abel sunt munera grata.

§ IV. Quid significant diversæ contignationes Arce
Noe (Gen. vi, 14).

(Exstat in supradicto Colb. 1367.)

Arca Noe sursum fuit arcta, sed ampla deorsum,
In cubito perfecta; deorsum bruta locantur,

B Et post hæc homines, volucres super: arca figurat
Ecclesiam; multos in ea cognoscimus esse
Irrationales [Col. irrationabiles]; sic dilatatur in
[illis,

Sunt homines in ea, sed pauci qui sua quærent
Et peccare cavent, sic angustatur in istis.

Sunt in ea rari quibus est spernere mundum,

Virtutum pennis, ut aves, tolluntur ad astra;

Hi juxta cubitum resident in parte superna.

Nam bene pro meritis loca distinguntur eorum.

Christum designat cubitus; spes tendit ad illum

Ecclesiæ, quo perveniens nil appetit ultra.

§ V. Arcum meum ponam, etc. (Gen. ix, 13.)

Judicium per aquam transivit, eritque per ignem.

Ceruleus color et rubeus notat istud in arca;

Ceruleus color est in aqua, rubicundus in igne.

§ VI. Quid significet Abraham patriam deserens (Gen. 12, 1).

Est Abraham dictum: Terramque tuosque relinque
Cognatos; magnæ gentis dux constitueris.

Terra, caro; cognatio nostra, gens vitiorum.

Exit ab ambobus, qui carnem mortificavit

Cum vitis; datur huic gens maxima, plurima
[virtus.

1213 § VII. De eodem (Gen. xii, 11).

(E Gemmetic.)

Terra, caro; cognatio nostra, genus vitiorum.

Exit ab hac terra, qui carnem mortificavit

Cum vitis; datur huic gens maxima, plurima vir-
[tus.